17ma Junii obiit in Saubach Johannis Schmit Murarii, et Margretha Warillen filiolus Johannes 17ma Febru. 1793 nat. Petri. B.D!

21ma Junii obiit etiam in Saubach Anna Catharina Warillen filia, die 8va Januarii 1793 nata. B.D! 120

7ma Julii obiit in Lebach Elisabetha Jois Schmit et Elisabetha Littmayr filia 9na Julii 1793 nata. B.D!

22da Julii medio tertiæ à meridie in Lebach obiit Casparus Leitz è nostro Saubach oriundus, Mariæ Johanntgen in su dicto Kiefers Haus inde ab undecima Decembris 1780 viduus, qui post longam Hecticam hodie medio duodecimæ vel paulò post mihi confessus, inter continuas excreationes Sanguinis SS. Viatici incapax, Extrema unctione, et generali benedictione munitus, placidè in meis capiravit manibus. R. I. P.!

26ta Julii in Lebach obiit Elisabetha Mathiæ Sander, et Elisebetha Kalleborn f. l. 6ta Martii 1793 nata. B.D!

16ma Augusti in Lebach obiit Jois Steimer, et Barbara Hilgert filiolus Johannes natus 1792 die 7ma Aug. B.D!

16. Aug. in Sabach obiit Michaëlis Becker, et Magdalena Thiré filiol. Mathias 17ma Februarii 1793 natus. B.D!

23. Septembris obiit in Villa Eideborn filia Mathiæ Schæfer, et Margretha Baur Anna 18va Octob. 1793 nata. B.D!

2da Octob. obiit in Lebach Johannis Riem, et Anna Maria Dræsler filiola Anna Maria 17ma Novemb. nuperi nata. B.D!

6ta Octob. in Landsweiller Lucas Petri Engel, et Gertrudis Müllemann filiol. de quo in Catalogo baptizatorum supra ad 16tam 7bris nuperi. B.D!

12ma Novemb. manè circa horam Quintam in Lebach obiit Johannes Georgius Johanntgen, inde à 24ta Novemb. 1789 maritus Luciæ Cornelii Thar, et duabus prolibus relictis. obiit extremis omnibus ritè munitus. R.I.P.

19na Novembris obiit immediatè prædicti filiolus Mathias secunda Februarii currentis anni natus. B.D!

7ma Novembris manè ante 4tam obiit in Lebach David Schmit viduus Catharinæ Guttweniger 11ma Maji 1783 piè defunctæ, qui heri post confessionem cum usu rationis factam, hoc paulo post intercepto, spem recuperandæ hodie fallens, interea dum 4ta vice tandem cum sacro oleo accurrerem, expirabit, relicto filio unico. R. I. P.!

17ma Decemb. Nicolao Schærer, et Eva Schneider legitimis conjugibus, in Kreinhoff villicis, nata, moxque à baptismo per obstetricem susceptò denata proles, cujus corpusculum 18va fuit in Cæmiterio nostro solenniter humatum. B.D!

18va Decemb. obiit in Lebach Johannis Schneider et Margretha Biessel conj. leg. filia Anna Maria 5ta Octob. 1792 nata. B.D!

27ma Decemb. in Lebach obiit Mathiæ Engel, et Annæ Mariæ Mohr filiola Maria Anna 30ma Martii 1793 nata. B.D!

## A. 1794.

4ta Januarii obiit in Hahn Johannes Mathiæ Leidinger et Elisabetha Ampher filiolus 12 Decembris ultimi natus. B.D.

8ta Jan. vesperi uno quadrante ante Nonam obiit in Lebach honestus Petrus Johanntgen præter aliam numerosam prolem pater Presbyteri, cujus Menologium supra ad 10mam Novembris 1782 legeris, quemque in paucis verum Israëlitam, et amicum cleri dixeris. Qui cum annos ætatis circiter Sexaginta quatuor ad præsentium temporum calamitatem produxisset, Terrorum, rapinarum, fugæ crebris adversitatibus fractus, assiduâ quinque suorum ante se infirmatorum Curâ diu, noctuque intensa exhaustus, nupera Decembris vigesima Octava ad percipiendam S. Synaxin diutius hæsisset in templo, Malinâ affixus lecto, sic fuit usu rationis, Medico nequidquam obnitente, destitutus, ut præter Extremam Unctionem, Generalem Benedictionem, et adhortationes qualitercunque iteratas, nihil potuerim impertiri. R. I. P.!